



POËMATUM MEDICORUM.

II.

TANQUAM APOLOGETICUM; VEL METHODUS HIP-
POCRATICA, QUAE ABUSUM MULTORUM
medicamentorum tollit.

§. 1. **V**ituperant quidem meam circa usum medi-
camentorum parcimoniam, majorem quippe par-
tem medelae permitterem naturae, quam usui medi-
camentorum. Attamen perperam fineque ulla ra-
tione afficere vituperio hoc me conantur. Cum
illi non ex fine, sed ex mediis rem judicare videan-
tur; aut etiam ignorant meam theoriam, quae vel ma-
xime ad aegrotantium emolumentum, neutiquam
vero ad detrimentum tendit; quamvis meos meden-
di modos experti sint, eorumque securitatem,
utilitatem brevitatemque adspexerint; ea quae theo-
riam praecipue confirmant, cum eam utcunque
certiorem ostendant. Quam breviter quidem, ut
fieri potest, sed rationibus perspicuis exponere
mihi proposui, non ut a vituperio me liberarem
de quo nec curo, cum eam vanam gloriam nunquam
affectem,